

8987.

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
A N
T V T O R , Q V I P E C V N I A S
P V P I L L A R E S S V B H Y P O T H E C A
C R E D I D I T , I N S V B S I D I V M
T E N E A T V R
Q V A M
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E
D . C H R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G
P R O F E S S . P V B L I C . O R D I N A R . I V R . N A T . E T G E N T .
E T S O C I E T A T . L I T E R A R . D V I S B V R G E N S .
S O C I O
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
D I E XXVIII. I V N I I A N N O C I S I C C G L X X V .
D E F E N D E T
G E O R G I V S W E I N E C K
B A L G O S T A D . T H V R I N G .

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

15
G A V A L S E T O
I A R I S C O N T L O U R A R I
T A T S R . G A L P E A N I S
P A L T R A S S A B H Y T H E C A
C R E D I T I M A S P I R I A M
D E F I E T A T U
A N A
R E V E R S I L T O R I M O C I S C O R A L I
H A R I S T A S S
D C H R I S T I N O H I N K S P R U N G
G E O R G I A N D I S C U A K I
D I C A N T H I A N I X A K I
R O D I C L I V A R I D I S C O R I
S A C T I I
A L T I N A S S A F I C I C I



A N
TVTGOR, QVI PECVNIAS
PVPILLARES SVB HYPOTHECA
CREDIDIT, IN SVBSIDIVM
TENEATVR.

§. I.

Non absque iusta ratione Romani ratelas inter publica munera retulerunt. Cum enim reipublicae interest, bonos habere ciues non tantum respectu morum, verum etiam bonorum, videtur necessarium utilitatisque communis conuenire, ut, quoties parentibus mortuis pupilli adsunt, qui per aetatem defendere se, suaque tueri nequeunt, ipsa ciuitas eorum curam suscipiat, atque munus ordinet, cuius prima obligatio in eo posita, ut primario educationem pupillorum curet, nec de sola eorum alimentatione, sed maxime simul institutione is, qui eo fungitur munere, follicitus sit, quo utilia ciuitatis membra aliquando futuri sint,

A 2

qui



qui sunt pupilli. Sicuti vero non satis est habere ciues subditosque qui virtutibus et pietate praestant, quibus vero omnis bonorum deest copia, et bonus princeps, vel magistratus maxime sollicitus erit, ut ciuibus suis bona patrimentaque conseruet et augeat, quo, si necessitas communis ferat, ex patrimonio habiles sint ad communia quoque onera ferenda. Hinc secundario cum hoc tutelae munere coniuxere necessitatem administrandi curandue conferuationem bonorum pupillarium, quo, si moribus et doctrinis bene educati pupilli, habeant quoque, quo possint, si ita fert necessitas, suis bonis vtilest esse ciuitati. Neque alia cogitandi ratio fuit maioribus nostris quamuis barbaris, qui adeo curam pupillorum supremam suis principibus commisere, qui post per magistratus, quibus vices imposuere, hoc supremae tutelae officium curari voluerunt.

§. II.

Cum itaque tutoris officium simul eo absoluatur, ut bonorum pupillarium administrationem curamque gerat, enata est quaestio, ad quem videlicet diligentiam tutor teneatur? De dolo non est, quod dicamus, quippe dolus in omni negotio praestans: nec de casu, quem in regula solus dominus sentit. Dicamus ergo tantum de diligentia. Evidem si tutorem comparamus cum procuratore, huius enim officium in tutelae munere latet, hinc, cum ignorant antiqua iura procuratores in iudicio, tamen pro republica, pro libertate, pro pupillo admisere, et demum idem indulgere absentibus reipublicae causa; videri potest tutor ad exactissimam patris familias diligentiam teneri; agit enim pupilli procuratorem. Sed quamvis haec ex comparatione forsitan iudicari possent, tamen magna est differentia inter procuratorem et tutorum. Hic enim non sponte suum suscipit officium, imo cum publicum sit, ad suscipiendum cogi potest et

er debet; ille contra sponte agit officium, neque illa cum contractus consensu existat, coactio admittenda. Maior itaque est imputatio in procuratore, qui ex sua voluntate officium recipit, quam in tute, qui ex necessitatis ratione ad suscipiendum munus tutoris lege compellitur et cogitur, hinc ad boni tantum patris familias diligentiam teneri videtur.

§. III.

Si de hac quaestione ipsa Iureconsultorum fragmenta consulimus, tutor vix ad maiorem, quam ad infimam diligentiam obligatur. Sic apud VLPIANVM in L. 7. §. 2. π. de administr. et pericul. tutor. legimus: Competet aduersus tutores tutelae actio si male contraxerint: hoc est, si praedia comparauerint non idonea per sordes aut gratiam. Quid ergo, si neque sordite neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint? recte quis dixerit, solam latam negligentiam eos praestare in hac parte debere. Expressae Iureconsulti tantum latae negligentiae mentionem facit, vt ipse VLPIANVS in L. 7. §. 1. π. de suspect. tut. vindetur fraudem et latam negligentiam tantum iustum causam remouendi tutoris adfirmare. Verba sunt: Si fraus non admissa, sed lata negligentia: quia ista prope fraudem accedit. Quis non exinde concludat, ad latam tantum culpam tenet tuteorem. Sed salua videtur res, quia latae negligentiae in tantum sit mentio, in quantum videlicet remouendus a tute la famaque patitur iacturam ex comparatione latae culpare cum dolo.

§. IV.

Rectius ergo affirmatur ad leuem tantum culpam et sic ad medianam diligentiam quemque tuteorem teneri. Idem id probat partim VLPIANVS noster in L. 10. π. de admin. et pericul. tut. scribens: Generaliter quotiescumque non sit nomine pupilli, quod quiuis PATER FAMILIAS IDONEVS facit: non vindetur defendi. Iam idoneus pater familias is est, qui alias bonus et diligens nominatur: is vero nunquam ad Euclionis



studia curamque obligatur, neque tamen leuis in suis negotiis curandis esse debet. Hinc satis est, si medium in rebus gerendis adhibebit diligentiam. Nec ab Vlpiano alienus est **CALISTRATVS** in *L. 33. π. eod.* qui scribit: *A tutoribus et curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administracionem rerum pupillarum, quam paternas rebus suis ex bona fide praebere debet.* Ad eandem diligentiam tutorem obligat in administratione **Rescriptum DIOCLETIANI ET MAXIMIANI** in *L. 7. C. arbitr. tulel.* Quicquid, inquiunt, tutoris dolo vel lata culpa aut **LEVI**, seu curatoris minores amiserint, vel, cum possent, non acquisierint: *hoc in tutelae seu negotiorum gestorum utile iudicium venire, non est incerti iuris.*

§. V.

Sicut ergo tutor in genere ad iustam diligentiam teneatur, ita tutoris est officium pecunias pupillares sub usuris tutores elocare, vel comparare ex pecunia fundos, v. *L. 5. pr. et L. 9. princ. π. de admin. et peric. tutor.* imo nomina pupillaria exigere, ne per eius negligentiam pupillus in suis bonis detrimentum et iacturam patiatur. Haec vero tutoris obligatio causam dedit liti, quam agitari scimus, quamque et narrabimus et quid nobis videtur dicemus.

§. VI.

Erat Titius parvulo Seio impuberi tutor datus. Hic pecuniam pupilarem foenori exposuit, ita tamen, ut in securitatem sui pupilli in debitoris fundo hypothecam constitui curaret. Post annorum spatium, cum res familiaris debitoris pupillaris deteriorata, eo venit, ut fundus impuberi hypothecatus sub hasta vendereatur. Quod ubi factum fundi pretium subasta venditi haud sufficiebat, ut pupilli pecunia salua haberi exinde posset, partim, quod per annorum seriem onera publica, quae ex pretio ante omnia deducenda, quaeque non perfoluerat, partim quod sua culpa fundum deteriorem reddiderat,

diderat, partim quod calamitate temporum praedia minoris aestimarentur, et viliori pretio emerentur, quam eo tempore, quo hypotheca constituta. Factum inde est, ut partis debiti sui iacturam pateretur pupillus, qui iam iustae siebat aetatis. Conueniendum ergo putabat tutorem, ut quantum pretii perdidisset, tantum ipsi tutor restitueret. Quae-sicum ergo est, *an recte conueniatur tutor, et, an ipse obligatus fit ad damnum resarcendum.*

§. VII.

Causam si inuestigamus, ob quam tutor posset videri obligatus, ea est, quod officium boni patris familias non esset fecutus. Evidem non commisit culpam in elocanda pecunia, quod hypotheca caueri pupillo curauerat; at in eo videtur parum curiosus egisse tutor, quod non satis intentus fuit in debitoris rem familiarem, ut pecuniam elocatam exegisset, antequam familiaris res debitoris collapsa et antequam fundorum pretia imminuta. Cum autem leges tutorem obligant ad diligentiam iustum, inde sequitur eundem ea non seruata ad damna restituenda teneri. *VLPIANVS* in *L. I. pr. π. de tutel. et rat. diſtrah.* videtur huic opinioni praebere argumentum, vbi de tutela e arbitrio scribit: *In omnibus, quae fecit tutor, cum facere non deberet; item in his, quae non fecit, rationem reddet hoc iudicio: praefando dolum culpam et quantam in suis rebus diligentiam.* Addimus *PAVLVM* in *L. 15. π. de administr. et pericul. tut.* Ait: *Si tutor constitutus, quos inuenierat debitores non conuenierit, et per hoc minus idonei efficiantur; vel intra priores sex menses pupillares pecunias non collocauerit: ipse in debitam pecuniam et usuras eius pecuniae, quam non soenerauit, conuenitur.*

§. VIII.

Sed quaecunque etiam sint, tamen contraria sententia, quae tutorem absoluit, verior videtur. Sicuti enim tu-

tori

8

■ ■ ■

tori non imponi potest, ut omnium conciuium domestica
inuestiget Euclionis more, quamque nimiam curiositatem
alter vix ferret, ita sane scire non potuit, an res familiaris de-
structa debitoris fundusque deterioratus, maxime cum secu-
rum crederet hypotheca pupillum suum. Quod vero tem-
porum calamitate praediorum fundorumque pretia et aestima-
tiones imminutae, id casui magis imputandum, quem non fert
tutor. Neque ipsis imponendum, quod paſſus fit, onera
publica non esse exacta; haec enim eius curae commissa non
erant, imo magis haec magistratui et, qui amplius onera exi-
gunt, negligentiae imponendum, quod vigilantiores in exi-
gentis oneribus et tributis non fuerint. Imo ipsis adeo, le-
gibus conueniens est haec decisio. Egregium argumentum
exhibet HERMOGENIANVS in L. 50. π. de administr. et
peric. tut. Scribit: *Si res pupillaris incurſu latronum pereat,*
vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum ſuiffet celeberrimi-
nus, ſolidum reddere non poſſit: nihil eo nomine tutor praeflare
cogitur. Patet tutorem euentum non praeflare, dummodo
diligentiam debitam in elocanda pecunia adhibuerit. Elo-
cauerat enim pupillarem pecuniam argentario, qui eo tem-
pore idoneus habebatur, ut de pecunia pupilli nihil metuen-
dum videretur. Cum vero reddenda pecunia, ipse ſolidum
reddere non poterat, hoc non obſtante nihil a tute exi-
gendum videbatur. Quo ergo iure ab eo tute, qui elocauit
pecuniam ſub hypotheca a magistratu confirmata quid exigat.
Ad maiorem enim diligentiam non tenetur tutor; Si ergo po-
ſtea contingat, ut ſolidum non conſequatur pupillus, recte
respondendum, nihil eo nomine tute, praeflare cogendum.

(leipzig) Diss., 1775 A/1



Sb

KD18

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



8987
1775,37^a

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
A N
T V T O R , Q V I P E C V N I A S
P V P I L L A R E S S V B H Y P O T H E C A
C R E D I D I T , I N S V B S I D I V M
T E N E A T V R
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.
S O C I O
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
DIE XXVIII. IVNII ANNO C I S I O C C L X X V .
D E F E N D E T
G E O R G I V S W E I N E C K
BALGOSTAD. THVRING.
L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

